



Kern 86
(1-54; a-g)

(46)

CONSPECTVS
 LABORVM
 QVIBVS
 PROFESSORES
 ACADEMIAE
 FRIDERICIANAE
 PER SEMESTRE AESTIVVM
 IN
 STUDIOSAE IVVENTVTIS COMMODVM
 VACARE CONSTITVERVNT
 PRO-RECTORE ET DIRECTORE
 MAGNIFICO
 IOANNE TOBIA
 CARRACH, ICTO,

REG. MAIESTAT. PORVSSICAE A CONSILII INTIMIS, FACVLTATIS IVRIDICAE
 PRAESIDE ORDINARIO, NEC NON PROFESSORE IVRIS PRIMARIO, ALVMNOR. REGIOR.
 ET PROVINCIALIVM HALBERSTADIENS. EPHORO.

P. P. d. XXI. APRILIS MDCCLXIV.



HALAE MAGDEBVRGICAE,
 TYPIS IOANNIS IACOBI CVRTII



LECTIONES
PRORECTORIS AC DIRECTORIS
ET
PROFESSORIS MATHESEOS ET PHYSICES
PRIMARIÆ

IOANNES TOBIAS CARRACH, I. C. *Privatim* 1) B. HEINECCI *Elementa Iuris Civilis* secundum ordinem *Institutionum*, et 2) B. BÖHMERS *Introductionem in Ius Digestorum* interpretabitur. 3) Præterea ad PERILL. DNI. IO. SAM. FRIDERICI BÖHMERS *Elementa Iurisprudentiæ criminalis* commentabitur; atque 4) rogatus *Collegio Processuali* laboratorio ad *suas theses* desiderantibus inferuet, horas et initium laborum ex tabulis publicis iusto indicaturus tempore.

IO. ANDR. DE SEGNER, hora II. denuo tradet *Elementa Arithmeticæ Geometricæ et Calculi Geometrici*. Hora autem III. *Elementa Physicæ* ita explicabit, vt anni spatio possint fini. *Introductionem in Analysis*, si qui forte desiderauerint, neque his, mature mouit, deest.

LECTIONES THEOLOGICÆ.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS epistolam Pauli ad Colossenses et, quantum tempus permiserit, eas ad Thessalonicenses interpretabitur. Perget etiam in consuetis lectionibus paraeneticis et æteticis in priorem ad Timotheum epistolam.

IO. GEORG. KNAPP. h. 8-9. *theologiam dogmaticam*; h. 11-12. vero *theologiam moralem* rursus auspicabitur. Die Domini h. 5-6. in *ascetica tractatione* selectorum Scripturæ s. locorum perget.

IO. SAL. SEMLER *theologiæ dogmaticæ* partem primam praeleget, atque simul ex historia illustrabit; II. perget in historia *eclesiastica* N. T. inde a seculo VII. III. selecto auditorum numero *historiam literariam theologiæ* tradet. IV. institut. *hermeneuticam* et *exegesis* epistolæ ad Galatas præcibit. Non deest, si qui sint, qui lectiones *polemicas*, aut *theol. moralis*, instaurari malint.

IVRIDICÆ.

DANIEL NETTELBLADT docebit hora IX-X. ius germanicum priuatum ad ductum elementorum Dn. de SELCHOW; hora X-XI. et III-IV. ius naturæ ad suum systema; hora XI-XII. ius feudale secundum elementorum STRVVI nouissimam editionem de a. 1763. Nec iis deest, qui diebus *Lunæ, Mercurii et Iouis* hora IV-V. suæ *Introductionis in iurisprudentiam positiuam*, quæ, præter præcognita iurisprudentiæ posituæ et historiæ iuris tam, quam historiæ literariæ iuridicæ, primas lineas, generalissima iurisprudentiæ posituæ principia continet, nec non hora V-VI. suæ *Litteraturæ iuridicæ*, quæ nunc proficit in officina libraria Renggeniana, explicationem, desiderabunt.

PHILIPPVS IACOBVS HEISLER Cel. KOCHII *Institutiones iuris criminalis* per duas quotidie horas, satis tempestiuè indicandas, interpretabitur. Hisce laboribus collegium priuatissimum Pandectarum addet, ducem secutus B. BOEHMERVM in *Introd. in Ius Digestorum*, atque vastissimum hunc campum demum intra vnius anni spatium emensurus. Dabit huic negotio per aestatem duas, per hyemem vero tres quotidie horas. Numerus DD. Auditorum certus est ac definitus, postea non augendus. Quorum igitur et re esse videbitur hoc necum annale iter facere, vt tempestiuè sua mihi dent nomina, et legibus faciant satis, quæ pacto dicentur, humanissime rogantur.

GEORGIVS SAMVEL MADIHN hor. VIII-IX. *Iuris naturæ* principia docebit legitima hor. XI-XII. *Institutiones Iustinianæ* ad ductum elementorum fuorum, hor. I-II. *Encyclopediam iuridicam* duce Illustri Viro IO. STEPHANO PÜTTERO tradet.

ERNESTVS CHRISTIANVS WESTPHAL per instans semestre aestiuum offert. 1) Hor. VIII-IX. et II-III. Collegium Pandectarum ad Compendium Jac. Frid. Ludouici, 2) Hor. X-XI. Collegium Iuris canonici, præeunte Ge. Lud. Boehmero in Princip. Iur. canon. 3) Hor. XI-XII. Collegium Institutionum Iuris civilis, Duce Heineccio in Elem. Iur. ciu. 4) Exercitium disputandi hor. II-III. quouis die Saturi.

ME.

M E D I C A E.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER hora VII. ad VIII. simplicium medicamentorum, ex tribus, quae vocant, Naturae regnis desumptorum, facultates, iuxta *Fundamenta* sua *Materiae medicae* explanabit; hora VIII-IX. et X. XI. *Therapiam specialem*, additis infimul necessariis regulis et cautelis practicis, in singulorum morborum curationibus obseruandis, perspicue tradet, et hora XI-XII. doctrinam de Signis morborum, tam diagnosticis, quam prognosticis, ad ductum *Fundamentorum* suorum *Semiologiae medicae*, exponet, horumque laborum initium finitius mundinis Lipsiensibus, die XXVIII. Maii, h. e. D. faciet.

FRIDER. HOFFMANN. Publice hora X-XI. physiologiam, priuatim vero hora XI-XII. materiam medicam praeleget. Initium harum lectionum erit finitius instantibus mundinis Lipsiensibus.

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER *priuatim* hora VII-VIII. et XI-XII. duce B. HEISTERO, tradet fundamenta *Chirurgiae* theoretico-practica. Hora IX. X. in B. ROEDERERI *artis obstetricariae* elementa commentabitur. Hora I-II. diebus Mercurii et Veneris, de *factis chirurgicis*, ad libellum B. BASSII exponet, adhibendasque demonstrabit. Praeterea data occasione addet *operationes* in cadaueribus potiores, et, si tempus adhuc permittit, hora II-III. *Physiologiam*, praecunte Ill. Ludwigo, explicabit.

L. P. EBERHARD, h. II-III. *Physiologiam* docebit ad ductum T. I. *Conspectus Med. Theoret.* a se editi, praeterea *historiam Medicinae* explicabit. Reliquae praelectiones erunt Philosophicae.

D. FR. CHRIST. IVNCKER *publice* doctrinam de *signis* morborum exponet. *Priuatim* hora VIII-IX. *Pathologiam* tam generalem quam specialem explicabit, horis X-XII. *Therapiam specialem* docebit, simul necessarias cautelas ac obseruationes practicas subiundurus, hora II-III. praelectiones in *materia medica* insitret. *Priuatissime* lectiones *clinicas* conueniet perpetuabit.

P H I L O S O P H I C A E.

IOANNES IOACHIMVS LANGE publice h. VIII-IX. matutina *Matheseu puram* ad compendium Wolfianum explicabit: priuatim h. I-II. *physicam dogmatico-experimentalem* exponet. Geometriae practicae in auditorio explicandae horae quaedam vespertinae, et in campo exercendae horae pomeridianae, die Saturni, sunt destinatae. Desiderantibus *Historiam naturalem* ad systema Linnaeanum quinque vel sex horis per singulas hebdomadas explicabit. Nec illis deerit, qui priuatissimarum praelectionum gratia illum in tempore conuenierint.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER *publicis* in *recitationibus* vsum *Historiae naturalis* in Medicina singularem, quoad potiora eius capita, ostendet et exponet; *priuatim* autem occupatus erit in explanandis *Physicae dogmaticae* fundamentis, deque harum lectionum initio, ac horis iisdem destinandis, propediem Dnm. Commilitones certiores reddet.

IOANNES FRIDERICVS STIEBRITZ per semestre aestiuum 1) *Logicam* et *Metaphysicam cursim* interpretabitur; 2) Scholas *oeconomico-Camerales* ad ductum *Ditbmari* aperiet; 3) *fundamenta linguae ebraicae*, addita analysi, *Danzium* secuturus, tradet; 4) *Pentateuchum Mosaicum*, et vocum dictionumque adparatu, et rerum maximi momenti copia referatissimum, ex fonte sacro explicabit; et denique 5) *oratoriae sacrae* praecepta, praecunte Ven. *Struensi* in *der Anweisung zum Predigen*, cupidus auditoribus instillabit. Initium capient hae lectiones finitius mundinis Lipsiensibus.

GE. FRID. MEIER interpretabitur hor. 9-10. et mense Augusto simul h. 7-8. *Metaphysicam* b. Baumgarten, et hor. 3-4. *Logicam*, et priuatissime *Homileticam*.

D. IOANNES FRIDERICVS IOACHIM hor. mat. VII. *Historiam Vniuersalem Regnorum Europae*, ad filium compendii sui, tradet. Hor. VIII. *Historiam Imperii Germanici*, ad ductum *introductionis suae*, proponet. Nec deerit iis, qui in *Arte Heraldica* operam ipsius desiderabunt.

ADAMVS GVLIELMVS FRANZEN *publice* hor. IX-X. *Theologiam naturalem*, secundum b. Alex. Gottl. Baumgarteni traditas in *Metaphysica* institutiones, vberius paullo quam in scholis metaphysicis per temporis angustias fieri potest, illustrabit, eiusque pleniori cognitionem, insitituro singulis Saturni diebus, hora eadem, de argumentis ad eam pertinentibus et ante explicatis *disputandi* exercitio, firmare studebit. *Priuatim* hor. XI-XII. *Ethicam* eiusdem b. Baumgarteni, hor. II-III. *Heineccii fundamenta sibi cultioris*, his adiuncta exercitatione, hor. III-IV. *Rhetoricae* primum praecepta, deinde *Ciceronis pro Milone* orationem, explicabit.

EX-

EXTRAORDINARIAE.

GOTTLIEB ANASTASIVS FREYLINGHAVSEN perget qua ante hos sex menses orsus est ratione in *selectis fidei capitibus* ita tradendis, ut *potiores simul controversiae* adiungantur, propositoque *examinibus* summatim repetantur et subinde confirmantur. Quibus laboribus *vitae disputandi exercitiis* quemadmodum pro sua parte studium dogmaticum pariter ac polemicum adiutum ibit: ita biblico aliae inferuntur scholae, quibus *unum alterumque codicis sacri librum* ex utroque fonte paraphrasi scholisque vtilioribus persequetur. Accedet *exercitatio philo-biblica*, qua ad praxin exegetico-poetisimaticam, prout iam proxima hieme factum, profectiones deducere studebit.

IO. AVGVSTVS NOESELT 1) e libris Novi Test., proximis sex mensibus interpretabitur *Apostolorum Acta, Epistolas catholicas et Pauli epistolam ad Ebraeos*, hor. VII-VIII. 2) hor. X-XI. denuo initium faciet explicationis locorum classicorum, e quibus duci dogmata religionis Christianae debent, atque priorem doctrinam partem de Deo integrum pertractabit. Aliam quoque lectionem, de qua nondum satis constat, suo tempore Auditoribus significabit; bisque per hebdomadem operam dabit disputandi exercitationibus.

D. IOANNES FRIDERICVS IOACHIM per hoc semestre aestivum *ius publicum Imperii Germanici*, duce Illust. PÜTTERO, interpretabitur. Horam autem commodam loco consueto tempestive indicabit.

D. CAROLVS FRIDERICVS PAVLI hora VII. matutina Historiam Vniversalem ad Illust. Gebaueri *Grundriss* Hora VIII. I. R. G. ad B. Schmauffii *historisches* Ius Publicum docebit.

D. ERNESTVS FRIDERICVS KNORRE 1) *selecto Auditorum numero artes relatoriam* praeeunte B. PARENTE in *der Anleitung zu Referirung der Acten* tradet, 2) *Collegium practicum elaboratorium* ad ductum B. PARENTIS *Anleitung zum gerichtlichen Proceß* aperiet.

PHIL. ERN. BERTRAM enarrabit *Historiam Imperii R. G.* ad novum Compendium Ill. Pütteri, tertia vice iam editum. Offert quoque praelectiones a nonnullis iam desideratas et in *Cl. Achenwallii Notitiam praecipuorum regnorum Europae* et in *historiam literariam* ad ductum introductionis suae. Horas his lectionibus destinatas e valis publicis indicabit.

D. HENRICVS CHRISTIANVS ALBERTI in hoc semestri aestivo, h. e. D. priuatim diebus Lunae, Martis, Iovis et Veneris hora VIII-IX. Botanicam et fundamenta botanica Cl. Linnaei exponet. Publice die Saturni hora VIII-IX. generationem, vegetatiorem et fructificationem plantarum demonstrabit; Excursionem botanicam hora III. inchoabit. Initium erit die XXI. Maji a. c.

D. FRIDERICVS LEBERECHE SYPPIAN hoc semestri aestivo infantum adfectus publice praeleget. Priuatim physiologiam et pathologiam generalem ad ductum Schultzi explicabit.

I. P. EBERHARD, h. VIII-IX. docebit *Matheſin puram* h. I-II. *Physicam* in proprium compendium.

F. W. ELLENBERGER DE ZINNENDORF ad eruenda in elegantioribus literis scitu digna explicabit *Baseldouium*; Hebraica tam critica et grammatica, quam cursum, quibus vel graecum vel syriacum addet collegium; nec Societatis negotia negliget. Horas his laboribus destinandas post ea ex tabula declarabit publica.

IOANNES LVDOVICVS SCHVLZE 1) lectiones cursorias graecas, Deo adiuvante intra vnus anni spatium finiendas, denuo incipiet, operamque dabit, ut succincta docendi methodo adhibita, quatuor euangelia absoluat. 2) Linguam arabicam duce Kallio docebit. 3) Partem Hagiographorum, aut Prophetarum, ex fonte interpretabitur. 4) Linguae hebraicae fundamenta duce Danzio, proponet. Hisce laboribus accedent priuatissimi, in vsum eorum, qui Poetae cuiusdam graeci interpretationem desiderauerint. Horae suo tempore e valis publicis innotescunt.

IO. CHRIST. FOERSTER docebit 1) hor. 9-10. et simul statim post festum pentecostes propter adeo breuem periodum academicam hor. 4-5. vel 5-6. *metaphysicam* secundum principia B. BAYMGARTEN. 2) hor. 2-3. *cius logicam*. Ex loco publico significabit tempestive, quamnam 3) plurimorum consensu *practicae philosophiae* instituendam lectionem, verum haec vel *ethices* futura sit, et qua hora eandem illis addere velit. Vnam adhuc *priuatissimam* desiderantibus offert, et *diebus Saturni* hor. 1-2. disputando de grauioribus philosophicis exercebit eos, qui haec exercitia volunt.





(46)

CONSPECTVS
 LABORVM
 QVIBVS
 PROFESSORES
 ACADEMIAE
 FRIDERICIANAE
 PER SEMESTRE AESTIVVM
 IN
 STUDIOSAE IVENTVTIS COMMODVM
 VACARE CONSTITVERVNT
 PRO-RECTORE ET DIRECTORE
 MAGNIFICO
 IOANNE TOBIA
 CARRAC

REG. MAIESTAT. PORVSSICAE A CONSILIIIS
 PRAESIDE ORDINARIO, NEC NON PROFESSORE
 ET PROVINCIALIVM HALBERS

P. P. d. XXI. APRILIS



HALAE MAGDEB

TYPIS IOANNIS IAC

